



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

12. De beneficiis electiuis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

NB. Causam harum tum papalium reseruationum tum deuolutionum hanc esse , vt Ecclesiam communicatio ac subordinatio tam inter se , quam cum Romana omnium matre & clarius ostendatur & facilius conseruetur.

C A P. XII.

De beneficiis Electiis.

Beneficia propriè electiua sunt Prælatura , seu in quibus alijs instituitur , vt sit caput Ecclesie seu Collegij.

Electus ante confirmationem non habet quid dominium beneficij ad quod electus est , quare interim administrationem usurpare non debet , neque priora eius beneficia vacare censentur.

Electio iure communi ad collegium spectat , et iam uno solum superstite , ut pote in quo ius vniuersitatis permanet , quamuis se ipsum eligere non possit , quia ambitionis notaretur ex consuetudine tamen alij extra collegium possunt etiam eligere.

NB. Sufficit electio item esse in quasi possessione iuris eligendi , licet postea ab eo euincatur . Ratio , quia bonæ fidei possessori fructus valide ab alieno , electio autem , institutio , & presentatio sunt quasi fructus iuris beneficij aut patronatus.

NB. Potestatem eligendi non habent Excommunicatus , suspensus ab officio , Irregularis , scilicet celebrans in loco interdicto , el gentes scienter indignum , & decanum V.C ante annum etatis XXV. triennio suspensi sunt , item qui per abusum admissi secularis potestatis elegerunt ; qui tribus mensibus prælatum eligere neglexerunt , priuatis sunt ea vice Impuberis , qui in Ecclesiis regularibus professi sunt , item laici vniuersi.

Omnes

Omnis, qui ius eligendi habent, ad electionem vocandi sunt, dummodo absentes commode vocari possint, ab infirmis suffragiis à scrutatoribus exquiri debet, quod si commode vocandus præteritus est, valet quidem electio, sed potest ille, si velit, contempnit suum prosequi, & electionem infirmare, volens cedere suo iuri ad electionem non est cogendus, nisi eius absentia in præiudicium Ecclesiæ cœsurat.

Quod si absens iusta de causa accedere non potest, concessum est ipsi procuratorem seu mandatuum constituere, qui tamen è capitulo sit, nam extraneum Canonici recipere non tenentur, porrò procuratorem ex electoribus est, non posse alium suo, & a hunc nomine mandantis nominare, præterquam si de certa eligendi persona mandatum speciale habeat, habetur de elect. in 6.

Electus spacio vnius mensis consentire debet, & postquam consensit, intra trimestre confirmationem perere debet, alioquin electio cessat, trimestris conceditur Cathedralibus & Regularibus Ecclesijs de novo eligendi, Collegiatis vero sex menses.

Tres sunt formæ eligendi, prima per scrutinium electionis sive suffragiorum, ex qua necessè est, ut major pars Capituli in eundem consentiat, quo deficiente opus est novo scrutinio: secundus modus eligendi est per compi omissionem, si omnes è Capitulo potestatam eligendi idoneum committant vni vel pluribus viris bonis, ac Deum timentibus, & hi debent esse Clerici iuxta C. contingit de arbitris. Hæc vero potestas data compromissarijs reuocari non potest, si res integræ non est, siue tractatus iam cœpius.

Com-

7 Compromissarij vnum ex se ipsis eligere non prohibentur.

In scrutinio secreto si quis se ipsum eligeret censetur ambitiosus & eo ipso indignus; Cæterum electio palam fiat, tunc alijs iste eligentibus tu consentire potes, ita ut tuum suffragium in numerum computetur.

NB. Compromissarij indignam electionem scilicet enter ratam habentes priuantur ea vice iure eligendi & compromittendi.

Tertius modus eligendi est per inspirationem distinctam, dum omnes electores tanquam uno corde & ore in eundem absque vitio consentiant.

8 Postulatio cum electione in his conuenit: i. quod qui eligere possunt, ij e. iam postulare. 1. Postularus sicut & electus debet approbari a superiori, postulantes indignam postulandi potestate priuantur, & potestas ad alios licet pauciores numero devoluta. Differunt vero Electio & Postulatio: i. qui electio non potest postulari tamen potest, si non omnino inhabilis ad exercendam Prælaturam, sed facile dispensabilem defectum habeat, putata in etate legitima vel in natalibus, 2. in ordine ad prælaturam requisito.

9 Beneficiati Episcopo inferiores ad Episcopatum elegi non prohibentur, et si verò decens sit, aliquem capitulariter eligi, qui sit de gremio Ecclesiæ, sed idoneus, ideoque alius ipsis obtradi nequaquam debet, si tamen Capitulares huic suo iuri renunciant volentes aliquid idoneum sponte eligant, non ideo electio cassari potest.

NB. Episcopus ad alium Episcopatum postulandum debet, non eligi, nisi renunciauerit Episcopatum.

quia cessat tunc ratio matrimonij spiritualis, quippe
quod dissolutum est.

NB. Regularis ex uno Monasterio potest eligi in
Prælatum alterius Monasterij eiusdem & ordinis,
dummodo Prælatura non sit Episcopalis.

Et nemo potest eligi in Prælatum Regulare nisi
professus.

NB. In Germania locis quibusdam moris est, ut
Episcopus loci sibi subiecti idoneo non inuenient ex
alio eiusdem ordinis Monasterio Prælatum insti-
tuat, quia si talis conuentus sit, ut nullum idoneum
habeant ad Prælaturam plerunque periculum est,
ut ne id quidem diiudicare possint Capitulares,
quem nam ex alio Monasterio idoneum postulare
debeant.

Postulantes variare seu mutare possunt consilium 10
principiū postulatio superiori presentata est, cum
nullum adhuc ius acquisitum sit ei, in cuius gra-
tiam postulatio concepta est; post presentationem
vero consilium variare non licet iuxta regul. 33. art 6.
Mutare quis Consilium non potest in alterius detrimentum.
Quod si Elec̄tio facta sit absenris & electionem non
acceptantis non possunt electores variare, quia
sunt praediti ex debito officij (uti sunt elec̄tio, colla-
tio beneficij facta ab Episcopo) non possunt per
penitinem reuocari, argum. C. tibi absenti de
prab. in 6.

NB. Superior sine cuiusquam iniuria postula-
tionem reijcere potest cuiuslibet specialis gratia, ad
quam dandam nemo cogitur, nisi pro-
pter necessitatem Ec-
clesiæ.

C A P.